

quidem uident. declinat foueam. cauet precipitia. tu autem non uis ieiunando periculum declinare quod cernis. Desperationis enim genus est. tunc te manducare cum abstinere debeas. tunc gaudere cum debeas plorare. de hac desperatione apostolus dicit. quod a nobis auferat deus. Manducemus et bibamus etiam enim moriemur. Ieiunemus ergo fratres sine intermissione. ut hostes nostras orationibus et abstinentia superare possimus. adiuuante domino nostro ihesu christo. qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat in secula seculorum. amen.



**ITE UŪ SUPRA
UANGELICA**

lectio fratris karissimi domini dum legeretur audiuimus. Penitentiam inquit agite. appropinquauit enim regnum celorum. Regnum celorum christi est. qui est cognitor bonorum ac malorum. et ut arbitror. omnium esse constat causarium. Preueniamus itaque deo in confessione peccati. et ante iudicium omnes anime castigemus errores. Ad periculum autem pertinet. si neciat qualibet curatione emendare peccatum. presertim cum nos causas negligentie intelligamus reddituros poenitentiam agere debemus. Agnoscite fratres dilectissimi quanta sit curam deus nostri pietas. ut admissi criminis culpa ante iudicium uelit satisfactione componi. Nam ideo semper iustus iudex admonitione permittit. nequandoque ius se ueritatis exerceat. Non abs re est dilectissimi quod a nobis dominus fontes exiit lacrimarum. ut quod negligentia perdidit penitentia reparat. Scit enim dominus non semper hominem in integro stare consilio sed frequenter peccare corpore. aut uacillare sermone. Ideo penitentiae uiam docuit per quam possit et destructa corrigere. et lapsa

reparare. Scurus itaque de uenia homo debet semper suspirare de culpa. Quamuis autem multis uulneribus condito humana laboret. tamen nemo desperet. quia dominus satis largus est. circa omnes languentes misericordie sue bona libenter impendere. Sed forte dicit aliquis non se habere quod plangat. recurrit unusquisque ad conscientiam suam. et in uentri et in pectore suo interpellare peccatum. Unus cordis plaga. alter corporis laborat iniuria. unum dicitur superbia. alterum de honestate damnosa luxuria. unum deturpat ebrietas. alterum inflamat cupiditas. unum arguet falsitas. alterum paupertas maculat. aliena paupertas. unus perfusione sanguinis humani polluit. alter uulsi me mulieris amore sordidatur. Ad has tantas actam precipuas siue mentis siue corporis plagas. quomodo non est qui ingemiscat. uel qui domino supplices lacrimas fundat. Neminem ergo pudeat deo offerre uulnera sua. Numquam ad remedium peruenit. qui curari erubescit. Omnes egrotudines alie faciliores sunt. alie difficiliore. Nullum grauius infirmatum genus est quam aliquem morbos suos nolle sanare. docent hoc littere sacre. nullus qui quesuit remedium perit. nullus qui contempsit euasit. Peritana post triduum nimirum ciuitas erat. nisi ad penitentiam confugisset. Quid enim propheta dixit. Adhuc triduo et nimirum subuertetur. At uerbum uenit ad regem niniue. et surrexit de sede sua. et deposuit uestimenta sua asse. et opuit se cilicio. et sedit super cinerem. magna satisfactio dilectissimi. deposuit uestimenta regalia. et opuit se cilicio. Maluit enim in cilicio euadere. quam in purpuris deperire. Vbi erat tunc illa regni sublimitas. Ut euaderet penam superbie confugit ad auxilium humilitatis. ut intelligamus dilectissimi

